

**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XXXVI. Omnes Friderici successores indultum primiarum Precum
petierunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

permitti, præservatum fuisse laicæ potestati.

Hæc autem eo amplius firmantur , XXXV.

quod Fridericus ipse , qui concordiam iniit , præcedenter agnoverat , sine indulto Pontificio perperam Ordinarios premere primariis Precibus ad conferendum , potuisse ; quippe is vix reconciliatus Eugenio IV. , indultum nominandi ad centum Beneficia impetravit , quo non indiguisser , si putasset se Precum vigore ad longe plura Beneficia jus nominandi habere : & sane patet Fridericum tunc

Fridericus III. agnoscit irritas Preces primarias si ne indulto Pontificio.

primarias Preces non direxisse , dum post concordata indultum primiarum à Nicolao V. successore Eugenii obtintuit , ut infra exponam.

At res in proposito est , si exempla ejusdem Friderici , & successorum omnium , usque ad gloriosissimum Imperium Leopoldi Patris Augustissimi Imperatoris , nupero inauguatis , perquiramus ;

XXVI.

Omnes Friderici successores indul-
tum prima-
riarum Pre-
cum petie-
runt.

omnes namque post concordata jam dicta indultum Apostolicum primiarum Precum curriculo fere trium sæculorum obtinuerunt ; neque Germani Ordinarii , sine indulto Pontificio Imperialibus Precibus obsequuti sunt ; quin si aliquando in indultis derogatum non fuisset Concordatis , vel post indultuni leges Pontificis

VIXX

Concordaria

in gratiam

Decretum

mutuam

XXVI.

Omnes Friderici successores indul-
tum prima-
riarum Pre-
cum petie-
runt.

46 *De primariis Precibus Imperialibus*
latæ essent, quæ Precibus contradice-
rent, eas exequi renuerunt. Hæc res
manifestum facit Concordata sustulisse
abusum, qui antea irrepserat, & Im-
peratores, Germaniamque universam in
eam ivisse sententiam, ut sine privilegio
Papæ non liceret Imperatoribus Preces
primarias suo jure dirigere. Hinc appa-
ret diplomata Precum nuper ab Augu-
stissimo Imperatore directa non hærente
exemplo prædecessorum; si prædecesso-
res omnes, uno Augustissimo Leopoldo
excepto (de quo infra verba faciam)
sine indulto Apostolico hasce Preces ne-
quaquam direxerunt: quæ omnia patent
ex sequentibus indultis, mihi ab amico in
Curia Romana commorante transmissis;
quorum originalia non dubito in Archi-
vis Imperialibus juxta ac Pontificiis ad-
huc servari. Diximus Fridericum III.
vix Romanæ Ecclesiæ reconciliatum, ab
Eugenio IV. ante Concordata indultum
nominandi ad centum Beneficia personas
idoneas impetrasse, uti narratur in se-
cundo indulto Nicolai V. mox referen-
do: diximus etiam post concordata sub-
scripta statim eumdem Imperatorem Ni-
colao V. supplicasse pro indulto primaria-
rium Precum, quod probatur ex formula
indulti Nicolai V. in hunc modum con-
cepta: